

## | Utrum virtutes sint connexae

### [Art. I: Conclusiones ad propositum necessariae]

Circa istam quaestionem<sup>1</sup> sunt quattuor facienda: p r i m o, praemittendae sunt aliquae conclusiones necessariae ad propositum; s e c u n d o, aliquae distinctiones; t e r t i o, respondendum est ad quaestionem; q u a r t o, movenda sunt aliqua dubia, et solvenda.

5

### [Conclusio prima]

Quantum ad primum est prima conclusio,<sup>2</sup> quod quanta est distinctio habituum tanta est actuum, ita quod aequalis est. Hoc probatur primo, quia omnia individua aequae perfecta inclinativa, sive elicitiva sive receptiva, si sint eiusdem rationis, possunt in effectus eiusdem rationis, et si non possunt in effectus eiusdem rationis, illa principia non sunt eiusdem rationis; sed habitus generati ex actibus sunt effectus illorum, sicut alibi patet in tertio

10

15

1. On the history of the question of whether the virtues are connected, see chapter 4 above.

a. In this translation, the paragraphs are numbered according to the line numbers with which the paragraphs begin in the critical edition. Apart from a few notes by the translator, most of the notes appear only on the facing page with the Latin text. The Latin notes are taken for the most part from the critical edition and have been slightly revised, chiefly by changing their form not their content.

2. Cf. OTh VI, 402–4; OTh I, 213–20.

## | On the Connection of the Virtues

### [Art. 1: Prefatory Conclusions]

3. Concerning this question,<sup>1</sup> there are four things we should do. First, we should preface the discussion with some conclusions necessary to the question being considered; second, we should make some distinctions. Third, we should reply to the question. Fourth, we should state and resolve some doubts.<sup>a</sup>

### [First Conclusion]

9. As to the first article, the first conclusion<sup>2</sup> is that the distinction between habits is as great as the distinction between acts. That the distinction is equal is proved, first because all equally perfect individual things of the same kind—whether inclinative, elicitive, or receptive—are capable of producing effects of the same kind; if they are not capable of effects of the same kind, they are not principles of the same kind. But habits generated by acts are effects produced by those acts, as is evident elsewhere—in

O c k h a m,<sup>3</sup> et non semper sunt eiusdem speciei nec esse possunt, sicut patet de habitu respectu incomplexi et complexi, de habitu respectu principii et conclusionis; igitur nec actus generativi istorum.

Praeterea si actus distinctorum obiectorum specie non distinguerentur specie, hoc non esset nisi q u i a causae<sup>4</sup> distinctae specie possunt in eundem effectum specie, et ideo non obstante quod habitus, qui sunt causa actuum, distinguuntur specie, tamen ipsi actus possunt esse eiusdem speciei; v e l propter ordinem obiectorum,<sup>5</sup> sicut est de principio et conclusione, respectu quorum possunt esse actus eiusdem speciei propter ordinem eorum. Sed primum<sup>6</sup> non impedit, quia si sic, cum actus sint causa habituum sicut e converso, numquam erit via ad probandum distinctionem specificam inter aliquos habitus, quia per te causae distinctae specie etc.; igitur quantumcumque ponatur distinctio specifica in actibus, numquam ponetur propter hoc quod erit in habitibus, quod falsum est. Nec secundum<sup>7</sup> impedit, quia habitus principiorum non possunt generari ex actibus conclusionum nec ad tales actus inclinare; sed si actus principiorum et conclusionum essent eiusdem speciei, possent habitus istorum ad tales actus inclinare; ergo ordo obiectorum non impedit distinctionem specificam actuum.

Praeterea, II *Ethicorum*,<sup>8</sup> habitus ex eisdem generantur et augmentantur; sed actus, per quos habitus distinctarum specierum augmentantur, sunt alterius speciei; igitur et actus ex quibus generantur.

Praeterea [probat] per idem argumentum per quod I o a n n e s probat in *Metaphysica*<sup>9</sup> distinctionem specificam inter habitum principii et conclusionis: quia scilicet aliquis potest habitualiter scire principium et errare circa conclusionem, sed idem

b. Here the reporter responsible for the written text has recorded Ockham's reference to his own works in the third person. It is not a sign that we should question the authenticity of *De connexione*, but that we have a *reportatio*, not a written version approved by Ockham. See the preface above.

3. Cf. OTh VI, 397–98; OTh VI, 205.

4. Cf. OTh I, 95.

5. Cf. OTh V, 393.

6. See lines 21–22.

7. See lines 24–25.

8. Cf. Aristotle, *Eth. Nic.* 2.2.1105a13–15; OTh VI, 392.

9. Cf. Scotus, *In Metaph.* VI q.1 n.4, VII: 305; ed. St. Bonaventure n.20–21.

Ockham's<sup>b</sup> commentary on the third book of the *Sentences*<sup>3</sup>—and habits do not always belong to the same species, nor could they belong to the same species, as is evident in the case of habits pertaining to complex and incomplex [objects], and habits pertaining to principles and conclusions. Therefore, neither do the acts that generate these habits belong to the same species.

20. Besides, if acts [terminating at] specifically distinct objects were not specifically distinct, this would only be because (1) specifically distinct causes<sup>4</sup> can [produce] specifically the same effect, and therefore, notwithstanding [the fact that] the habits that are the cause of the acts are specifically distinct, the acts themselves can be specifically the same; or (2) on account of the order of the objects,<sup>5</sup> such as principle and conclusion, in regard to which there can be acts of the same species because of their order. But the first [reason]<sup>6</sup> does not stand in the way, since if it held, there would never be a way to prove a specific distinction between any habits. For acts are the cause of habits, just as conversely [habits cause acts], and according to you specifically distinct causes [produce distinct effects]. Therefore, however great the specific distinction of acts may be, there would never be [a distinction] among habits, which is false. Neither does the second [reason]<sup>7</sup> stand in the way, since a habit concerning principles cannot be generated from acts in regard to conclusions or incline us to such acts; but if the acts [terminating at] principles and conclusions were specifically the same, habits could incline to such acts; therefore the order of objects does not stand in the way of [concluding that there is] a specific distinction between acts.

37. Besides, [according to] *Ethics*, book 2,<sup>8</sup> habits are generated and augmented by the same [acts]; but the acts by means of which specifically distinct habits are augmented are specifically distinct; therefore so, too, are the acts on the basis of which they are generated.

41. Besides, the same argument that John used in the *Metaphysics*<sup>9</sup> commentary to demonstrate a specific distinction between habits in regard to a principle and a conclusion proves this point. Namely, a person can habitually, scientifically know a

principium non potest simul habitualiter sciri et ignorari ignorantia dispositionis, igitur est distinctio specifica inter tales habitus. Idem argumentum concludit distinctionem specificam inter actus cognoscendi principium et conclusionem. Quaere in Prologo Ockham, de unitate theologiae.<sup>10</sup>

Si quaeras utrum respectu omnium obiectorum distinguantur actus specie: respondeo quod non, sed universaliter respectu illorum obiectorum, sive complexorum sive incomplexorum, respectu quorum sunt habitus distincti specie, respectu illorum sunt actus distincti specie; et respectu quorum sunt habitus eiusdem speciei, sunt et actus eiusdem speciei. Et ideo respectu eiusdem principii tam habitus quam actus generati in diversis intellectibus sunt eiusdem speciei, et eodem modo est de obiecto aliquo incomplexo.

#### [Conclusio secunda]

Secunda conclusio<sup>11</sup> est quod respectu obiectorum distinctorum specie sunt actus distincti specie. Hoc patet, quia aliter non posset probari distinctio specifica actuum, quia si illi essent eiusdem speciei, multo magis actus respectu obiectorum eiusdem speciei essent eiusdem speciei, et sic omnes actus essent eiusdem speciei.

Praeterea habitus generatus praecise ex actibus respectu unius obiecti numquam inclinat ad actum respectu alterius obiecti alterius speciei, quia aliter habens habitum respectu unius obiecti praecise, posset statim in actum respectu obiecti alterius speciei, quod est manifeste falsum. Sed si actus [respectu] illorum obiectorum essent eiusdem speciei, tunc habitus respectu unius posset inclinare modo praedicto, quia si actus essent eiusdem speciei, et habitus, ex prima conclusione;<sup>12</sup> et per consequens possent causare effectus eiusdem rationis, ex eadem. Igitur etc.

Praeterea non est maior ratio quod aliqui actus habentes obiecta distincta specie sint distincti specie quam alii, ut videtur; sed aliqui distinguuntur specie, sicut patet de cognitione unius muscae vel albedinis et Dei; igitur etc.

c. Know scientifically (*scire*) refers to the Aristotelian concept of science in terms of logical demonstrations from first principles.

d. Dispositional ignorance is not knowing the truth because you believe something false—assent to the opposite of a true statement—not simple ignorance.

10. Cf. OTh I, 213–20.

11. Cf. OTh I, 62–63.

12. See lines 9–11.

principle and be mistaken about a conclusion;<sup>c</sup> but a person cannot at the same time habitually know scientifically and be dispositionally ignorant of the same principle;<sup>d</sup> therefore there is a specific distinction between such habits. The same argument shows that there is a specific distinction between the acts of knowing a principle and a conclusion. See Ockham's prologue, his discussion of the unity of theology.<sup>10</sup>

50. If you ask whether the acts pertaining to all distinct objects are distinguished by species, my answer is no. Rather, it is universally true that when habits are specifically distinct (whether they pertain to complex or incomplex objects), the corresponding acts are specifically distinct; and when habits are specifically the same, acts are also specifically the same. And therefore, with respect to the same principle, both the habits and the acts generated in the intellects of different people are specifically the same; the same is true of any incomplex object.

#### [Second Conclusion]

60. The second conclusion<sup>11</sup> is that there are specifically distinct acts with respect to specifically distinct objects. This is evident; otherwise it would be impossible to prove that acts are specifically distinct. For if these acts belonged to the same species, then a fortiori acts with respect to objects of the same species would belong to the same species, and thus all acts would belong to the same species.

66. Besides, a habit generated precisely by acts with respect to one object never inclines us to an act with respect to another object of a different species. Otherwise someone with a habit with respect to precisely one object could immediately elicit an act with respect to an object of another species, which is manifestly false. But if an act with respect to those objects were specifically the same, then a habit with respect to one could incline in the aforesaid manner. For if the acts were specifically the same, so, too, the habits (from the first conclusion),<sup>12</sup> and consequently they could cause an effect of the same kind (from the same [conclusion]). Therefore, etc.

75. Besides, there is no more reason that some acts having specifically distinct objects should be specifically distinct than others, as it appears. But some [acts] are specifically distinguished, as is evident concerning cognition of one fly or [one] whiteness and cognition of God. Therefore, etc.

Praeterea respectu eiusdem obiecti numero possunt esse actus distincti specie, sicut patet de cognitione intuitiva et abstractiva respectu incomplexi, de actu sciendi et dubitandi respectu complexi; igitur multo magis respectu obiectorum distinctorum specie sunt distincti actus specie.

Praeterea aliter posset, stante eodem actu in intellectu, aliquid primo intelligi per illum actum et postea non intelligi, quod falsum est. Assumptum patet, quia si per unum actum intelligam obiectum aliquod praecise, et per alium actum intelligam illud obiectum et aliud alterius speciei, cum secundum opinionem I o a n n i s<sup>13</sup> potest talis actus habens duo obiecta terminari ad primum licet non ad secundum, igitur per secundum actum primo intelligitur secundum obiectum et post non intelligitur, stante secundo actu; igitur etc. Et tunc respectu illius primi obiecti erunt simul duo actus eiusdem speciei, quod videtur inconveniens. Sed quia istud argumentum fundatur super falsum, scilicet quod aliquid primo potest intelligi per aliquem actum, et postea, stante eodem actu, non intelligitur, sicut patet in *Ordinatione Ockham*,<sup>14</sup> ideo huic non innitor.

### [Conclusio tertia]

Tertia conclusio<sup>15</sup> est quod aliquis actus est necessario et intrinsece virtuosus. Hoc probatur, quia impossibile est quod aliquis actus contingenter virtuosus, — sic scilicet quod potest indifferenter dici virtuosus vel vitiosus —, fiat determinate virtuosus propter novitatem alicuius actus non necessario virtuosus, quia per nullum actum contingenter virtuosum modo praedicto fit alius actus sive denominatur determinate virtuosus. Quia si sic, aut ille secundus actus, qui est contingenter virtuosus, erit determinate virtuosus per aliquem alium actum qui est necessario virtuosus, aut per actum contingenter virtuosum. Si primo modo, tunc eadem ratione esset standum in secundo, et similiter tunc habetur propositum, quod est aliquis actus in homine necessario virtuosus. Si secundo modo, erit processus in infinitum, vel stabitur ad aliquem actum necessario virtuosum, et sic habetur propositum.

13. Cf. Scotus, *Ord.* I d.1 p.1 q.2 n.42–43, II: 26–30; Ockham, *OTH* I, 451–52.

14. Cf. *OTH* I, 453–55.

15. Cf. *OTH* VI, 359–62, 375, 385–87; *OTH* VIII, 263; *OTH* IX, 255; *Summa Halesiana*, published as Alexander de Hales, *Summa theol.* II–II n.388 (Quaracchi, 1930) III: 388b; Lottin, *PM* II: 421–23.

79. Besides, there can be acts that are specifically distinct with respect to numerically the same object, as is evident from intuitive and abstractive cognition regarding an incomplex object or from acts of knowing scientifically and doubting with respect to a complex object. Therefore, a fortiori there are specifically distinct acts regarding objects that are specifically distinct.

84. Besides, otherwise, with the same act remaining in the intellect, something could first be understood by means of that act and afterward not understood, which is false. The assumption is evident, since if we may understand some precise object by means of one act, and by means of another [second] act we understand that object and another, specifically different [object], then by means of that second act we can first understand the second object and afterward not understand it. This is because in John's opinion<sup>13</sup> such an act having two objects can be terminated at the first, and yet not at the second object. This could happen while the second act remains, therefore etc. And then with respect to that first object there will simultaneously be two specifically distinct acts, which is absurd. But I will not rely on this argument, because it is based on something false—namely, [the assumption] that something can first be understood by means of some act and afterward not understand while the same act remains, as is evident in Ockham's *Ordinatio*.<sup>14</sup>

### [Third Conclusion]

99. The third conclusion<sup>15</sup> is that some act is necessarily and intrinsically virtuous. This is proved because it is impossible that some contingently virtuous act—namely, an act that can be called indifferently virtuous or vicious—be made determinately virtuous on account of some newly elicited act that is not necessarily virtuous; for no act that is contingently virtuous in the manner described makes another act determinately virtuous or causes it to be so denominated. For if this could happen, either the second act that is contingently virtuous will be determinately virtuous in virtue of some other act that is necessarily virtuous; or it will be determinately virtuous in virtue of a contingently virtuous act. If we choose the first alternative, then by the same reasoning the process will stop at the second act, and we have what we proposed to show—that there is some necessarily virtuous human act. If we choose the second alternative, there will be an infinite regress, or the process will stop at some necessarily virtuous act, so that we have what we proposed to show.

Sed actus hominis tam exteriores quam interiores, puta intelligere et velle, — secundum quod velle<sup>16</sup> est actus indifferens —, sunt contingenter virtuosus. Exemplum: ire ad ecclesiam propter finem debitum primo est actus virtuosus et, stante eodem ire ad ecclesiam, propter malum finem est vitiosus, et per consequens est contingenter virtuosus. Eodem modo est de intelligere et speculari: primo propter debitum finem, erit istud intelligere virtuosum, et post, stante eodem actu in intellectu, mutata intentione, scilicet quod talis actus continuetur propter indebitum finem, erit illa speculatio vitiosa, et per consequens est contingenter virtuosa illa speculatio.

Ideo dico quod est dare aliquem actum necessario primo virtuosum, qui est actus primo laudabilis et perfecte circumstantionatus, qui est ita virtuosus quod non potest fieri vitiosus, sicut velle facere aliquid quia est praeceptum divinum, est ita virtuosus quod non potest fieri vitiosus, stante praecepto divino. Et ex tali actu generatur virtus, de qua dicunt *S a n c t i*<sup>17</sup> quod virtute nemo potest male uti.

#### [Conclusio quarta]

Quarta conclusio<sup>18</sup> est quod actus primo et necessario virtuosus est actus voluntatis. Hoc patet primo, quia ille solus est primo laudabilis vel vituperabilis, alii autem non nisi secundario et per quandam denominationem extrinsecam, puta per hoc quod eliciuntur conformiter actui voluntatis. Praeterea quilibet alius actus ab actu voluntatis potest idem manens esse vitiosus vel virtuosus, iste autem solus sic est virtuosus quod non potest fieri vitiosus, sicut patet supra in tertia conclusione. Praeterea secundum *S a n c t o s*<sup>19</sup> nullus actus est laudabilis vel vituperabilis nisi propter intentionem bonam vel malam, intentio autem est actus voluntatis, igitur etc. Praeterea *A n s e l m u s*<sup>20</sup> sola voluntas punitur, sicut sola peccat, igitur etc.

#### [Conclusio quinta]

Quinta conclusio est quod nullus alius actus ab actu voluntatis est intrinsece virtuosus vel vitiosus, tum quia quilibet alius

16. Cf. OTh VI, 383–87.

17. Cf. Augustine, *De libero arbitrio* II c.19 n.50 (PL 32, 1268).

18. Cf. OTh VIII, 297; OTh VI, 359–62, 375; OTh VIII, 428.

19. Cf. Lombard, *Sent.* II d.40 n.2, I: 557; Aquinas, *ST* I–II q.19 a.7.

20. Cf. Anselm, *De conceptu virginali* c.4, ed. Schmitt (Rome, 1950)

113. But both the exterior and the interior acts of a man—such as understanding and willing (insofar as the act of willing<sup>16</sup> is a morally indifferent act)—are contingently virtuous. For example, going to church on account of the proper end is a virtuous act at first, and yet the same act, continued on account of a wicked end, is vicious; consequently the act is contingently virtuous. The same thing can be said about understanding and speculating: the act of understanding is first virtuous on account of a proper end, and afterward, while the same act remains in the intellect, if our intention changes—namely, so that the act is continued on account of an improper end—it will be vicious speculation; consequently that speculation is contingently virtuous.

124. Therefore I hold that some primary, necessarily virtuous act must be granted: a primary praiseworthy act in perfect circumstances, an act so virtuous that it cannot be rendered vicious. Willing to do something because it is divinely commanded is such an act; it is virtuous in such a way that it cannot be rendered vicious, given divine precept. The saints<sup>17</sup> are speaking of the virtue generated by this kind of act when they speak of the virtue that no one can abuse.

#### [Fourth Conclusion]

132. The fourth conclusion<sup>18</sup> is that a primary, necessarily virtuous act is an act of will. This is evident first because that act alone is primarily praiseworthy or blameworthy, while other acts are so only secondarily and in virtue of some extrinsic denomination—for example, in virtue of their being elicited in conformity with an act of will. Besides, any act, other than an act of will, can be either virtuous or vicious while remaining the same; but that act of will alone is virtuous in such a way that it cannot be made vicious, as it evident above in the third conclusion. Moreover, according to the saints<sup>19</sup> no act is praiseworthy or blameworthy unless on account of a good or a bad intention; but an intention is an act of will; therefore etc. Besides, according to Anselm,<sup>20</sup> just as only the will sins, only the will is punished, therefore etc.

#### [Fifth Conclusion]

145. The fifth conclusion is that no act other than an act of will is intrinsically virtuous or vicious. For [1] any other act, while re-

idem manens potest indifferenter esse laudabilis et vituperabilis, et primo laudabilis quando conformatur volitioni rectae, et post vituperabilis quando conformatur volitioni vitiosae, sicut supra patet in tertia conclusione; tum quia nullus actus est vitiosus nisi sit voluntarius et in potestate voluntatis, quia peccatum adeo est voluntarium<sup>21</sup> etc.; sed actus exterior potest primo esse in potestate voluntatis, puta quod aliquis dimittat se in praecipitium, et post descendendo potest illum actum simpliciter meritorie nolle propter Deum, sicut supra patet in dubitationibus istius quaterni;<sup>22</sup> igitur etc. 150 155

[Conclusio sexta]

Sexta conclusio<sup>23</sup> est quod nullus alius habitus ab habitu voluntatis est intrinsece et perfecte virtuosus, quia quilibet alius inclinat indifferenter ad actus laudabiles et vituperabiles. 160

21. Cf. Augustine, *De vera religione* 14 n.27 (PL 34, 133): "Nunc vero usque adeo peccatum voluntarium est malum, ut nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium" (Indeed, the wickedness of sin is voluntary to so great an extent that it is not sin at all if it is not voluntary).

e. Here Ockham's truncated quotation has been completed.

22. Cf. OTh VIII, 263-64.

23. Cf. OTh VI, 366.

maining the same, can be praiseworthy or blameworthy indifferently; it can first be praiseworthy when it is in conformity with right will, and afterward blameworthy when it is in conformity with vicious will, as is evident above in the third conclusion. [2] No act is vicious unless it is voluntary and in the power of the will, because sin is such a voluntary<sup>21</sup> [evil that if it is not voluntary, it is not a sin at all];<sup>e</sup> but an exterior act can be first in the power of the will [and afterward cease to be in the power of the will]; therefore, etc. Suppose, for example, that someone throws herself over a precipice: while falling she can simply and meritoriously reject this act for God's sake, as is evident in the case described above in the doubts found in this quire.<sup>22</sup>

[Sixth Conclusion]

158. The sixth conclusion<sup>23</sup> is that no habit other than a habit of the will is intrinsically and perfectly virtuous, since any other habit inclines indifferently to praiseworthy and blameworthy acts. ★

## | [Art. II: Distinctiones praeviae]

## [Distinctio prima]

Circa secundum articulum est prima distinctio, quod prudencia accipitur quadrupliciter:<sup>1</sup> u n o m o d o, accipitur pro omni  
 ① notitia directiva respectu cuiuscumque agibilis mediate vel im-  
mediate, sicut accipit A u g u s t i n u s prudentiam, I *De libero*  
*arbitrio*.<sup>2</sup> Et isto modo tam notitia evidens alicuius universalis pro-  
 positionis quae evidenter cognoscitur per doctrinam, quia procedit  
 ex propositionibus per se notis, quae notitia scientifica proprie est  
 scientia moralis, quam notitia evidens propositionis universalis  
 quae solum evidenter cognoscitur per experientiam, quae notitia  
 etiam est scientia moralis, est prudentia. Exemplum primi: 'omni  
 benefactori est benefaciendum'; exemplum secundi: 'quilibet ira-  
 cundus per pulchra verba est leniendus'.

② Alio modo, accipitur pro notitia evidenti immediate  
directiva circa aliquod agibile particulare, et hoc pro notitia ali-  
 cuius propositionis particularis quae evidenter sequitur ex univer-  
 sali propositione per se nota tamquam maiori et per doctrinam.  
 Exemplum: 'isti est sic benefaciendum,' quae sequitur evidenter ex  
 ista 'omni benefactori' etc.

1. Cf. Scotus, *In Metaph.* VI q.1 n.14, VII: 313-14; ed. St. Bonaventure n.68.

2. Cf. Augustine, *De libero arbitrio* I c.13 n.27 (PL 32, 1235).

## | [Art. II]: Prefatory Distinctions]

## [First Distinction]

2. The first distinction of the second article concerns prudence, which can be considered in four ways.<sup>1</sup> In one mode, it is taken as all knowledge directive with respect to any possible action what-  
ever, whether mediate or immediately; this is the manner in  
 which Augustine considered prudence in the first book of *On the Freedom of the Will*.<sup>2</sup> In this sense, prudence refers to two kinds of evident knowledge. It refers [1] to evident knowledge of some universal proposition that we evidently know from teaching, be-  
 cause it proceeds from self-evident propositions; this scientific knowledge is moral science properly speaking. Prudence also re-  
fers [2] to evident knowledge of a universal proposition that we  
can only know evidently in virtue of experience; this knowledge, too, is moral science. An example of the first kind of prudence is the proposition: "everyone who acts generously should be treated generously"; an example of the second, "any irascible person should be mollified with fine words."

14. In another mode, prudence is taken as evident knowl-  
edge that is immediately directive in regard to some particular possible action. In this sense it refers to knowledge of some particular proposition that evidently follows from teaching and from a self-evident universal proposition, as from a major proposition. For example: "this man should be treated generously," which follows evidently from the proposition "everyone who acts generously," etc.

③ Tertio modo, accipitur pro notitia immediate direc-  
tiva accepta per experientiam solum respectu alicuius agibilis. Ex-  
 emplum: 'iste iracundus est leniendus per pulchra verba'. Et haec  
 notitia est solum respectu alicuius propositionis particularis cog-  
 nita per experientiam; et haec videtur esse prudentia proprie dicta  
 secundum intentionem Philosophi,<sup>3</sup> prout distinguitur  
 a scientia morali.

④ Quarto modo, accipitur<sup>4</sup> pro aliquo aggregato ex  
omni notitia immediate directiva, sive habeatur per doctrinam  
sive per experientiam, circa omnia opera humana requisita ad bene  
vivere simpliciter. Et isto modo prudentia non est una notitia  
 tantum, sed includit tot notitias quot sunt virtutes morales requi-  
 sitae ad simpliciter bene vivere, quia quaelibet virtus moralis habet  
 propriam prudentiam et notitiam directivam.

Quod probatur, quia prudentia est notitia complexa; nunc au-  
 tem ubi est aliud et aliud complexum, ibi est alia et alia notitia;  
 cum igitur aliud et aliud sit complexum, cuius notitia est immedi-  
 ate directiva respectu operationum unius virtutis et alterius, igitur  
 erit alia et alia prudentia.

Praeterea aliquis potest evidenter scire unam conclusionem  
 practicam cuius notitia immediate dirigit, circa materiam unius  
 virtutis, operationes, et ignorare ignorantia dispositionis per ha-  
 bitum erroris aliam conclusionem cuius notitia esset immediate  
 directiva operationum circa obiectum alterius virtutis. Sicut aliquis  
 potest scire evidenter istam conclusionem, quod homo debet velle  
 temperate vivere, et errare circa istam conclusionem, pro defen-  
 sione huius articuli 'Deus est trinus et unus' est moriendum vo-  
 luntarie, quia aliquis potest credere hunc articulum esse falsum.  
 Igitur notitia directiva respectu unius et alterius est alia et alia,  
 quia aliter impossibile esset scire evidenter unam conclusionem  
 practicam et ignorare aliam.

Et isto modo potest probari distinctio, non tantum numeralis  
 inter istas prudentias, sed etiam specifica, quia quandocumque  
 aliqua sunt eiusdem speciei, cum quocumque stat unum, et reli-  
 quum; et si cum aliquo alio stat unum cum quo non potest stare  
 reliquum, illa distinguuntur specie; exemplum de albedine et ni-

3. Cf. Aristotle, *Eth. Nic.* 6.5-9.1140a24-1142a16.

4. Cf. OTh VI, 419; Petrus I. Olivi, *Quaestio de connexion virtutum*  
 (Lottin, *PM* VI: 630); Scotus, *Collatio* I n.2-4, V: 132-34.

a. Dispositional ignorance is belief in the opposite of a truth. Cf.  
 the comment at a.1 41.

20. In a third mode, prudence is taken as knowledge, gained  
only in virtue of experience, immediately directive in regard to  
some possible action. An example is: "this irascible person should  
 be mollified with fine words." This knowledge applies only to  
 some particular proposition known by experience. It seems to be  
 what the Philosopher<sup>3</sup> intends by prudence properly speaking,  
 insofar as prudence is distinguished from moral science.

27. In a fourth mode, prudence is taken as an aggregate of  
all immediately directive knowledge,<sup>4</sup> whether gained from  
teaching or from experience, applied to all human works requi-  
site for living well, considered absolutely or unconditionally. And  
 in this mode prudence is not a single knowledge only, but it in-  
 cludes as many knowledges as there are moral virtues requisite  
 to living well, considered absolutely. For any moral virtue has its  
 own prudence and directive knowledge.

34. This can be proved because prudence is propositional  
 knowledge. But where there are different propositional expres-  
 sions, there are different knowledges. Therefore, since there are  
different propositional expressions whose knowledge is immedi-  
ately directive in regard to the operations of different virtues,  
there are different prudences.

39. Besides, someone can evidently and scientifically know  
 one practical conclusion, the knowledge of which immediately di-  
 rects operations in regard to the subject matter of one virtue, and  
 at the same time be ignorant of another conclusion (in virtue of a  
 habitual error producing dispositional ignorance),<sup>a</sup> the knowl-  
 edge of which would immediately direct operations in regard to  
 the object of another virtue. For example, someone can evidently  
 know scientifically this conclusion, "a man ought to wish to live  
 temperately," and be mistaken about this conclusion, "one ought  
 to be willing to die in defense of this article of faith 'God is three  
 and one'"; for someone could believe that that article of faith was  
 false. Therefore directive knowledge regarding one is different  
 from directive knowledge of the other; otherwise it would be im-  
 possible evidently and scientifically to know one practical conclu-  
 sion and be ignorant of another.

51. In this manner we can prove that there is not only a nu-  
merical distinction between these prudences, but also a specific  
distinction. For whenever two things belong to the same species,  
 whatever is compatible with one is compatible with the other;



gredine et dulcedine in lacte. Sed scientia unius conclusionis stat cum errore alterius conclusionis practicae, sicut patet prius, et non stat cum errore eiusdem conclusionis simul propter repugnantiam formalem. Igitur scientia unius conclusionis et alterius distinguuntur non tantum numero sed specie.

